



1769, 36
831
15

SELECTA
DE
**IVRE STATVVM
PROVINCIALIVM CONCVRRENTI
CIRCA LEGISLATORIAM
POTESTATEM.**

QVAE
PRAESIDE
IO. AVG. REICHARDT,
IVRIVM DOCTORE AC PROFESSORE PVBLICO, CV-
RIAЕ PROVINCIALIS SAXONICAE ADVOCATO
ORDINARIO ET SYNDICO ACADEMIAE
IENENSIS
ERVDITORVM DISQVISITIONI
D. XV. APRIL. CIP 19 CCLXVIII.
SVBMITTET
**CHRISTOPH. CHRISTIANVS LVDOVICVS
HOENNIGER**
MELAPYRGICVS.

LENAE
LITTERIS SCHILLIANIS.

SELFFO

IARRE STATTUM
PROVINCIALM CONGREGANTI
CIRCA REGESPARTORIUM
POTESTATUM

PRAEVIDE

OL VAC RICHARD

1711. MARCH 20. THE TOWNSHIP OF
RICHARDSON IN THE COUNTY OF
YORK. BEING A HISTORY OF
THE TOWNSHIP AT ST. JAMES
TOWN.

BY C. H. DIXON. EDITORIAL.

2 VOLUMES

CHRISTIAN CHURCH LADOCIAS
HOLINGER

METHODOLOGIA

1711. MARCH 20. THE TOWNSHIP OF
RICHARDSON IN THE COUNTY OF
YORK. BEING A HISTORY OF
THE TOWNSHIP AT ST. JAMES
TOWN.

2 VOLUMES

A SON
ALTESSE SÉRÉNISSE, *de la force forte hardi*
MONSIEUR
FREDERIC CHARLES,
PRINCE HÉRÉDITAIRE
DE
SCHWARZBOURG ROUDOLSTADT.

A son

ALTESSE SERENISSIME

MONSIEUR

FREDERIC CHARLES

PRINCE HEREDITAIRE

Ex

SCHWÄBISCHE RÖMERSHAB.

MONSEIGNEUR,

Il n'y a rien qui excite davantage aux études que la faveur dont un Prince honore ceux qui s'y appliquent. C'est pourquoi, MONSEIGNEUR, je prends la hardiesse de dédier à VOTRE ALTESSE SÉRÉNISSEME ce petit traité. Il est vrai que je suis fort hardi, mais je fais fond sur la bienveillance que VOTRE ALTESSE SÉRÉNISSEME a toujours témoignée à ceux qui se consacrent aux études; et Vous m'en donnerez particulièrement une nouvelle marque en agréant la liberté que j'ose prendre.

dre. Conservez-la moi, MONSIEUR,
je Vous en supplie, et soyez persuadé, que
personne ne peut avoir plus de dévoûment et
de respect pour VOTRE ALTESSE SÉRÉ-
NISSIME, que j'en ai. J'ai l'honneur d'être
avec la plus profonde soumission

MONSIEUR,

DE VOTRE

ALTESSE SÉRÉNISSE

à Jena

ce 15. Avril

1769.

le très-humble

et très-obéissant serviteur

Christophe Chrétien Louis
Hoenniger.

NOMINE COLLEGII DISPVTAOTORII
QVOD SVB PRAESIDIO
VIRI EXCELLENTISSIMI ATQVE CONSULTISSIMI,
IVRIS VTR. DOCT. ET PROF. PVBLICI MERITISSIMI
IO. A V G. REICHARDT,
IENAE FLORET
ILLVSTRISSIMO S. R. I. COMITI
A SCHOEENBURG
S. P. D.
ATQVE PVGNAM LITTERARIAM OFFERT
CHRISTOPH. CHRIST. LVDOV. HOENNIGER,
MELAPYRGICVS.

Ex trito illo: Virtus nobilitat, non genus, facili negotio
argumentari licet, nobilitatem sine virtutibus nomen
inanum esse ac splendidam quasi quandam, sed exanguem
et exanimem flatuam. Contraria autem ex parte eo maio-
ri admiratione adisciendus est is, qui non solum splendidis
natalibus ortus est, sed quem quoque ornat animus, tot
virtutum praesidio munitus, tantoque comitatu circum-
septus. Hoc ipsum est, quod in TE, ILLVSTRISSIME S. R. I.,
COMES, deprehendimus. Te enim praecellere claritudi-
ne generis, quis est, cui non sit perspicuum? Te autem
quoque

¶ o ¶

quoque gaudere omnibus virtutibus, quae generi nobili
ornamento sunt, nemini inauditum esse potest. Reliquis
silentio praetermissis, industriam **TVAM** indefessam tantum,
ac eruditionem solidam exinde natam, attingam, quae
tatisfime patet. Hac quoque commoto **TIBI** placuit **TVVM**
ILLVSTRISSIMV nomen in eorum societate pro-
fiteri, qui, **EXCELLENTISSIMO** **PROFOSSORE**
REICHARDT duce, certaminibus litterariis operam
dant, quo sane nihil hodierna luce praestantius, nilque
magis nobis honori esse potest. Ego autem inprimis hanc
occasione arripio ac singulari **TVA** humanitate fretus, ad
proferenda dubia doctissima contra breuem hanc com-
mentationem prouocare audeo. Quibus meis precibus **TE** be-
nevolentissime responsum esse, ut nullus dubito, ita pro
hoc eximio gratiae **TVAE** documento me vna cum sociis
collegii disputatorii cum Poeta exclamantes audies:

*Semper bonos, nomenque **TVVM**, laudesque manebunt.*
Scribebam Ienae d. xv. April. CICICCC LXVIII.





J. I.

Connexio et instituti ratio.



A comitiis provincialibus ad iura ordinum provincialium transimus, quoniam maxima ex parte in iis exercentur. Haec non minus, quam ipsi status ac comitia provincialia, mutationem atque vicissitudinem passa sunt. Dubitandum enim non est, quin olim omnia aut saltim grauiora negotia publica a principibus Germaniae vna cum proceribus provincialiae in conuentibus sint tractata, quid quod, non defunt ICti, qui, nobiles provinciales (*die LandCiffen*) vna cum ducibus eorum ius voti ac fessionis in comitiis tempore CONRADI III. habuisse, statuunt a). Prius saltim non difitentur ipsi principes ac imperatores nostri, quorum testimonia hic producere possemus complura, si temporis et spatii huic libello destinati exiguitas id permitterent. Silentio tamen praeterire non possumus secundi

A

di

di FERDINANDI, imperatoris, effatum : Dass man, inquietis, in allen hohen und wichtigen Sachen, der Lande Regierung und Wohlfahrt betreffend, der getreuen Landschaft Raths und Gutachters sich gebrauchen solle, das hälter man vor ganz loblich b). Nec minus digna sunt, quae inter omnes constent, enunciata Saxoniorum nostrorum principum, patriae parentum ac sacerdotum iustitiae, quorum peruetustum est illud GVLIELMI III. ducis : Dass ein redlicher Fürst, der das ehrliche Fürstenthum Thüringen innen habe durch keinen Weg bas bey Fürstlicher Würdigkeit, Ehren, Macht, Furcht und Gewalt bleibe, denn durch getreuen Beystand, Rath, Hülfe und Geborsam seiner Grafen, Herren und ehrbarer Mannschaft zum Fürstenthum gehörend c). Et quis non admirabitur, electorem Saxonie FRIDERICVM Sapientem et ducem IOANNEM, fratres, excusatione vsos esse in conuocandis statibus anno 1511, ex eo quidem fundamento petita, quod sine statuum consilio ac voto graviora quaedam provinciae negotia tractare nollent. Eiusdemque fere argumenti sunt initia propositionum electoris Sax. IOANNIS, in comitiis, Zizae anno 1525: habitis, enunciatarum et ducis Sax. HENRICI Pi, qui Chemnitii anno 1539. conuentus agebat d). Repetitas talismodi declarationes tacebo, quae a serenissimis ducibus et electoribus, eorum successoribusque, tam in domo ducali, quam in electorali, e. g. a ducibus GVLIELMO IV. e) et ALBERTO, nec non ab electoribus, MAVRITIO, et AVGUSTO. CHRISTIANO I. et II. ac praesertim ab electore IOANNE GEORGIO

ORGIO I. in diaetis prouincialibus plus simplici vice facta sunt neque in verbis nudis constiterunt. Potius enim exempla transactionis Iuterbocensis, belli religiosi, pacis Pragensis et armistitii Suecici, aliaque similia, quae in actis conuentuum prouincialium Saxoniorum occurserunt, sat luculenter testantur, eas sanctissime obseruatas esse. In pluribus Germaniae prouinciis hodie idem non obtinere, neminem inrimum publicorum specialium peritum fugere potest. Licebit tamen nobis selecta ex iuribus, quae statibus diuersarum Germaniae regionum competere inuenimus, hic referre, capitulationes ac reversales principum, quibimmo obseruantia et forma regiminis in qualibet prouincia, ad quae omnia, quoad propter inuidiam rei fieri potest, etiam respiciemus, usum hodiernum lectori facile indicabunt. Hoc specimen autem selecta de iuribus flatuum prouincialium circa legislatoriam potestatem tantum capiet. In qua materia IOANNEM IACOBVM MOSERVVM illum, de iure publico speciali optime meritum, historica tractatione viam muniisse, adhuc indicemus necesse est.

- a) IO. PET. LUDWIG in der Erläuterung über die guldene Bulle, Tom. I. p. 182. WECK Beschreibung und Vorstellung der Residenz und Hauptfestung Dresden p. 435.
- b) Hoc memoriae prodidit Comes KHEVENHILLER in Annal. Ferd. T. 10. p. 361.
- c) Leguntur haec verba in der GEMEINEN VERSCHRIEVNG H. WILHELMVS mit den Thüringischen Grafen de anno 1445. et allegantur quoque in repetita et necessaria DEFENSIONE iustae protectionis Saxonicae in ciuitate Erfurtensi 1664. ad pag. 18. cuius scripti auctor

est illustris V. L. a SECKENDORE. Verba quoniam significantiora in vernaculo idiomate sunt, ipsa retinere, quam in eruditorum lingua referre maluimus.

- d) Posterioris propositionis introitum habet F. C. MOSER *in den diplomatischen und historischen Belustigungen T. 1.* p. 238. Reliqua leguntur in PFANNERI Bericht von den Gerechtsamen der F. S. Landstände. §. i. MSc.
- e) Hic enim ducibus fratribus, quorum nomine regimen in ducibus prouinciis suscipiebat, expresse promisit anno 1626. in caufis regionum gubernandarum omnia adhibito voto ac consilio procerum prouincialium expedire, idque sancte seruauit, teste PFANNERO all. 1.
- f) Conf. die Nebenstunden P. 1. N. IV. p. 77. seqq. et P. 2. p. 165. seqq.

§. II.

Dissensus inter ICtos in materia propofita.

Antequam ipsam rem aggrediamur, quid alii de doctrina, de qua hunc libellum conſcribere in animum induximus, ſentiant, audiamus. Extraxit ex variorum ICtorum scriptis diuersas eorum opiniones modo allegatus MOSERVUS. Quibus accurate perpensis, binas inter eos potissimum partes inuenimus, quarum altera omne ius statibus circa legislatoriam potestatem de regula denegat, niſi ex pactis vel capitulationibus confirmari poſſit. Altera e contrario conſensum ordinum prouincialium ad perfectionem legum prouincialium neceſſarium putat. Hinc duae formandas ſunt claſſes et quilibet eorum iusto loco ponendus eſt.

PRIMA

PRIMA CLASSIS continet illos ICtos, qui ordi-
narie statibus provincialibus ius circa legumulationem conce-
dere nolunt. Quales sunt COCCEII a), HOMBERGK b),
MYLER ab EHRENBACH c), IO. H. BERGER sen. d),
LAVTERBACH e), WILDOV рe f), KEMMERICH g),
HORN h), THOMASIVS i), LANGGVТ k), de RHEZ l),
BOCERVUS m). In ALTERA CLASSE, in qua iis locum
assignamus, qui, leges provinciales de regulâ statuum con-
sensu perficiendas esse, credunt, sunt MEVIVS n), F. L. de
BERGER iun. o), SCHWEDER p), COLERVUS q), LUD-
WIG r), MOSER s), WABSTT t). Alios, qui nostrae fere
accedunt sententiae, hic tacemus, in sequentibus tamen
eorum quoque mentionem faciemus.

- a) Iur. publ. prud. C. 23. §. 4.
- b) In iur. publ. C. 10. §. 30.
- c) De princip. ac stat. imp. P. 2. C. 19. n. 9. et 10.
- d) Oeconom. iur. L. 1. T. 1. §. 24. n. 1.
- e) Resol. Tit. de const. princip. quaest. 1. seqq.
- f) Diff. de statibus provincial. §. 54.
- g) Introd. ad ius publ. L. 7. C. 5. §. 12.
- i) Iur. publ. prud. C. 6. §. 1. p. 708.
- k) Diff. de statuum imp. potest. legislator. contra ius commu-
ne. §. 60. seqq.
- l) In animaduers. ad Cocceii ius publ. p. 378.
- m) Inst. iur. publ. L. 2. T. 3. §. 4.
- n) Class. i. disp. 3. 42. lit. a.
- o) Commentar. von wucherl. Contract. P. 1. C. 4. §. 4. p. 72.
- p) Introd. in ius publ. Part. spec. fest. 2. C. 13. §. 3.
- q) De

¶) De process. execut. P. i. C. 3. n. 6.

¶) In reliqu. MSS. Tom. 7. p. 150, 151, 175.

¶) Comp. iur. publ. L. 4. C. 21 §. 8.

¶) In der historischen Nachricht von des Churfürstentums Sachsen Justizverfassung. Sect. i. C. 1. §. 5. p. 5.

§. III.

Causa diffensus.

Mirandum autem non est, ICtos in hac materia in varias abire sententias. In quibusdam enim Germaniae prouinciis maxima adhuc statuum prouincialium autoritas est circa leges condendas, in aliis vero eius, uti aliorum iurium, iacturam fecerunt. Denique non defunt prouinciae, vbi status hac potestate nunquam praediti fuerunt. Cuius exemplum tibi praebent regiones Onoldinae, in quarum legibus statuum plane nulla fit mentio a). Huius diuersitatis ratio in ipsa acquisitione legislatoriae potestatis principum nostrorum Germaniae quaerenda esse videtur. Cooperunt enim principes legislatoria potestate uti a seculo tertio decimo b). Illis autem temporibus magna erat statuum prouincialium autoritas, nec quicquam alicuius momenti facile principes definiebant, in causis prouinciae, sine eorum concursu. Non itaque miraberis, illos quoque in legibus ferendis adhibitos esse. Quod ius sequenti aequo aut seruarunt aut perdiderunt. Sunt tamen principum quidam, qui recentiori tempore ad legislatoriam potestatem peruenere, cum superioritas territorialis in prouinciis Germaniae magis esset stabilita, hi ex arbitrio eam exercuisse nec statuum consensum

7

sum aut consilium impetrasse videntur. En vnam sal-
tim rationem, quae nobis esse videtur, cur quorundam
ordinum prouincialium suffragia in dandis legibus non
colligantur, nec vnuquam collecta sint in prouincia c).

- a) MOSER in den Nebenstunden, P. 1. p. 87.
- b) HERT de superioritate territoriali, §. 25. HOFFMANN
de origine et natura legum Germanicarum C. 2. period. 6.
sect. 5. §. 1.
- c) Conf. STRUBEN *Vnterricht von Regierungs- und Iustiz-*
Sachen, sect. 2. §. 8. lit. b. p. 51. seqq. EIVSDEM Tr. de
statuum prouincialium iuribus §. 15.

§. III.

Rationes eorum, qui statibus ius circa legislationem
denegant, recensentur et examinantur.

Maior pars eorum lCtorum, qui ad primam clas-
sem a nobis sunt relati, nulla affert argumenta ab stabi-
liendam opinionem, sed partim ad apparatum aliorum
Doctorum, qui fauent sententiae, prouocat a), partim
rem adeo expeditam ac exploratam credit, vt plane
nulla egeat probatione. Quidam tamen eorum, aliquam
rationem proferre, operae pretium esse putarunt, quo
consilio (i) leges allegant Romanas b) atque ex his po-
tissimum illud THEODOSII et VALENTINI impp.
effatum in suam ipsorum rem esse credunt, quo dicti
imperatores, HUMANVM esse probamus, inquiunt, si
qui de caetero in publica priuataque causa emerserit neces-
sarium, quod formam generalem et antiquis legibus non in-
fertam exposcat, id ab omnibus antea tam proceribus nostri
palati, quam glorioſiſſimo coetu nostro, patres conscripti
tracta-

tractari, et si vniuersis, tam iudicibus, quam vobis platerit, tunc legata dictari et sic ea denuo, collectis omnibus, censeri: et cum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostra nominis Consistorio recitari, vt vniuersorum consensus nostrae serenitatis autoritate firmentur e). Ex quibus colligunt, prudenter atque commode agere principem, si adhibito statuum consensu, constitutiones ferat, ad essentiam vero et naturam illarum minime pertinere, vt in comitiis prouincialibus ponantur. Nihilominus tamen, pacta conuenta esse obseruanda concedunt d). Respondeat THOMASIVS, quae nobis placent, ad hocce argumentum. Hic enim, quamquam eandem sententiam in animo soueat, regulariter haud necesse esse, vt adhibeatur statuum consensus, non tamen potest, quin profitetur, a potestate THEODOSII et VALENTINIANI ad potestatem statuum imperii, a statu reipublicae Romanae illorum temporum, ad statum bodiernum regionum Germanicarum argumentari velle, re vera ad argumentationem a baculo ad angulum pertinere e). Concludunt porro ICti, quos huic classi adscripsimus, ordinarie in legibus constituendis nec statibus prouincialibus ius competere nec principi obligationem imponi posse, (2) ex ea quidem ratione, quod, quantum ad legislationem prouincialem pertinet, ordinum prouincialium votum ut plurimum consultatiuum videatur f). Argumentum, quod ex hoc inferre student, dubio procul a relatione inter consulentem et consiliarium est petitum. Consilia danda vel data ordinarie nec ius constituunt, si respicias ad consiliarium, neque obligationem consulenti contrahunt

hunt, id quod etiam valet de voto consultatio inter status prouinciales ac eorum principes. Verum enim vero hi plane non distingueret videtur inter consilium, quod in re ad consiliarium non spectante datur, atque inter tale, cuius executio ipsius consiliarii inter-
est. In illud ius et obligationem ordinarie non caderet facile largimur, quod vero ab hoc remota sint, plane non videntur. Hoc quidem pacto fieri omnino potest, ut secundum formam regiminis cuiusdam proceribus prouinciae, tamquam optime versatis in rebus et moribus patriis ius sit constitutum, quod eo pertinet, ut princeps in concipiendis legibus eorum consilia et monita audiat. Tandem contrariam opinionem superioritati territoriali principum nostrorum Germaniae periculosam videri posse monent^{g)}). Sed tantum abest, ut omnis concursus statuum et praesertim talis, ubi, quid ipsis videatur de lege ferenda, principis approbationi submittunt, potestatem legislatoriam imminuat, ut potius ad conseruandam et augendam illam multum conferre, statuamus. Magis enim voluntaria quam obtrusa legum agnitione thronum principis stabilire videtur. Recte itaque ZIEGLER vs b). Itud enim, inquit, nullo modo principis superioritatem, eiusque Regenti felicitatem imminuit, sed magis promovet et ad beatitudinem imperii eiusque gloriam redundat.

- a) Cumulum eorum refert all. MYLERVS qui, cum nil aliud dicant, quam, quod status in ferendis legibus non imprudenter adhibeantur, mihi digni visi non sunt, quorum nomina locum hic occupent.

B) WILD.

- b) WILDVOGEL *all. l. §. 54.* ibique citati.
- c) *L. 8. C. de LL.*
- d) ita modo memoratus *MYLERVS C. 39. §. 10.* qui exempli loco, in ducatu Württembergico pactis ordinatum esse, *vt leges provincialles consilio et cooperatione statuum prouincialium condantur,* tradit.
- e) *all. diff. de stat. imp. legislator. potestat. §. 62.*
- f) *LANGVUT in animaduersionibus ad Cocceii ius publ. all. l.*
- g) Hoc dubium mouet B. G. STRUV in *Discurs von Landständen C. 4. p. m. 16.*
- h) *de iure magistrat. L. 1. C. 31. §. 16.*

§. V.

Argumenta eorum, qui ordinibus prouincialibus votum decisum circa legislatoriam potestatem tribuerunt videntur.

Fortioribus armis dimicant ii, qui consensum statutum ad perfictionem legum prouincialium necessarium putant. Memorandus enim est omnino ille locus in *capitularione CAROLI Magni*, qui legitur apud *SCHILTERVM a*, vbi imperator volumus, ait, *vt comes potestatem habeat in placito suo facere, quae debet, nemine contradicente, et, si aliter fecerit, quam iuste, ad quem factum illud pertinet, veniat in praesentiam nostram et nos illi de eodem comite faciamus iustitiam.* Tu si assumis sub placiti vocabulo conuentus prouinciales intelligi, quod assumunt modo memorati, neruum probandi facile inuenies. Similia verba reperiuntur in constitutione *RUDOLPHI pri- mi vom Landfriesen de anno 1287.* quae huius sunt argumenti: *Was auch die Fürsten in einem Lande mit der Landherren Rathe setzen und machen, diesem Landfriede zu Besserung*

ferunge und ze Vestenunge, das mögen sie wohl thun und damit brechent sie des Landfriedens nicht b). Haec eo magis in suam ipsorum rem vertunt defensores huius sententiae, quo certius credunt, vocabulo *Ratē* simplicem persuadendi rationem sine effectu designari non potuisse, cum testantibus scriptoribus medii aevi, et post Carolingos quidem, leges vniuersales in comitiis imperii statuum consilio sanctae dicantur, quod clarum profecto praebereret documentum sub vocabulo consilii (*Ratē*) consensum intelligendum esse. Sic quoque in ipsa Capitulatione JOSEPHI AC LEOPOLDI imp. quae iura statuum prouincialium restringere videtur, eorum auctoritas vindicari et firmari ipsis videtur, dum tantum die Disposition ---- mit Ausschließung der Lands-Herrn priuatiue vor und an sich zu ziehen, ibi prohibetur ordinibus c). Deinde analogia formae regiminis in imperio, ubi leges statutum imperii concernentes, praevio consilio ac consensu statutum imperii promulgantur, illis argumentum praebet. Hanc similitudinem ipsa denominatio legum prouincialium aliquo modo confirmat, cum recessuum prouincialium (der Landtags-Abschiede) nomine veniant. Neque dissimulandum est, ad similitudinem imperii formam regiminis in prouinciis pluribus introductam esse (Conf. spec. I. secl. I. §. I.). Tandem agmen argumentorum claudit peruetusta obseruantia et consuetudo leges prouinciales in comitiis perficiendi, cuius mutationem non praefumendam, sed probandam esse, tradunt, propugnatores huius sententiae. His nisi ratiociniis statibus prouincialibus Saxonicis

niciis tam in terris electoralibus, quam in ducalibus, singularia iura circa leges prouinciales ferendas tribuerent non dubitant quidam eorum ^{a)}. Quid respondeamus, quaeris forte, ad haec argumenta? En nostram sententiam, quae in eo consistit, ut confundere nobis videantur hi DD. statum prouinciarum Germanicarum antiquum cum statu hodierno, qui posterior, cum insigniter sit mutatus ab illo, merito separandus ac alia quoque iura ordinibus prouincialibus in illo sunt tribuenda. Agamus de vtroque speciatim.

a) in iure publ. L. 4. C. 3. §. 1. p. 351.

b) Conf. LEHMANNVS in chronic. Spirens. L. 5. C. 108. p. 62.

c) ita argumentatur de BERGER iun. all. l.

d) quo pertinet F. C. MOSER in den historisch-diplomatischen Belustigungen T. 1. p. 237. verbis; daraus keinesweges ein consilium voluntatis, sondern allerdings necessitatis zu inferire. IO. PET. de LVDWIG in German. princ. L. 3. C. 5. §. 10. p. 223. seq. et not. b. c.

§. VI.

De antiquo modo leges in conuentibus prouincialibus

Multas iam de barbarie maiorum nostrorum conceptas opiniones praeiudicatas exploserunt scriptores hodierni de statu prisorum Germanorum meriti, illud tamen inter omnes fere eruditos superesse animaduerti, quod moribus ac consuetudinibus tantum vixisse veteres Germanos, legum scriptarum expertes, credant. Facile quidem adsentio testimonio TACI-

TI,

TI, plus valuisse bonos mores, quam alibi bonaes leges,
 falsissima autem mihi videtur conclusio: ergo plane nul-
 las leges habuerunt. Probabo breuissimis, Germanos
 antiquissimis temporibus habuisse leges scriptas, illas-
 que in comitiis fuisse latas. Si IVLIO CAESARI cre-
 dis, societates iamiam habuisse Germanos eius tem-
 poribus, Centaurorum Lapatharumque vitam eos vi-
 xisse, tibi persuadeas necesse est, si, illos sine norma,
 hoc est dicere, sine legibus promulgatis substitisse, af-
 firmare velis. Quali quoquo pacto iudicia exercere po-
 tuissent, in quibus tamen in conciliis exercendis, TA-
 CITO teste, prisci Germani valde fuere solliciti. Ha-
 buerunt itaque leges easque in comitiis, vbi de maiori-
 bus rebus consultarunt omnes a), dubio procul tulerunt.
 quae deinde per Druides in versiculis ac rythmis pro-
 pagatae sunt, cum litteris eas mandare nondum assue-
 ti essent. Verum enim vero, probabilia haec sunt,
 forsitan inquieres, quorum certitudo variis dubiis adhuc
 obnoxia est. Certiora itaque proferam documenta.
 Lex Salica merito inter vetustissimas Germanorum le-
 ges referitur, derrahitur autem eius antiquitati, si ille,
 quem adhuc conferuarum habemus, linguae Romanae
 traditum codicem, pro lege originaliter lata habetur.
 Certo certius est, legem originalem in lingua vernacula,
 cum adhuc cis Rhenum in Franconia haererent, nec ad
 huc Rhenum transmisissent Franci Salii, ergo, circa fi-
 nem tertii seculi saltim, laram et sub CLODOVAE et
 CAROLO M. Francorum regibus, in eam versionem Ro-
 manam demum redactam esse, quae nobis conferuata
 est.

est. Probant originale Germanicum voces Germano-Latinæ corruptæ, quibus lex repleta est, quasue ^{GO} D^OFREDVS WENDELINVS ^{b)}, male pro nominibus vrbium et pagorum habet; probant idem initialia verba legum Germanicarum, quae saepius in illa allegantur. Docet quoque antiquitatem a nobis laudatam huius legis, eius præfatio, quam miror cur non maiori attentione aspicerint antecessores in hac materia. Clara enim sunt verba: *Gens Francorum -- DVM ADHVC TENERETVR BARBARIE -- dictauerunt Salicam legem proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant Rectores.* Quænam autem sunt tempora, vbi barbarie teneri credebantur maiores nostri, nonne ea, vbi ad catholicam religionem nondum conuersi, sed ethnicae religioni adhuc addicti erant, nonne igitur tempora, vbi Rhenum nondum erant transgressi adeoque seculum a nobis laudatum. Ipse sane contextus hoc clare confirmat ^{c)}. Haec sufficient pro antiquitate legum Germanicarum allata. Pauca addamus pro probanda sententia, eadem antiquitate niti modum eas in comitis ferendi. Indicant hoc sequentia verba præfationis legis Salicae: *Sunt autem electi de pluribus viri quatuor bis nominibus WISOGAST, BODOGAST, SALOGAST et WINDOGAST in locis quibus nomen SALACHEVE, BODOCHEVE et WINDOCHEVE. Qui PER TRES MALLOS conuenientes omnes causarum origines solicite discurrendo, tractantes de singulis iudicium decreuerunt hoc modo.* Merito autem supersedere possum probatione sub mallis intelligi comitia veterum Germanorum particularia, a quibus comitia prouin-

uincialia hodierna ortum trahunt, cum hoc argumentum sat erudite discusserit *Ill. SORBER d).* Facillimo negotio demonstrari posset, omnes olim leges, quas Franci vel sibi ipsis vel aliis populis sibi subiectis, *Alemannis, Ripuariis, Frisiis, Baioariis, Longobardis, et Sa-
xonibus* tulerant, in conuentibus, nullam autem earum a solis regibus latam esse, eundemque morem sequentibus quoque temporibus sancte seruatum esse e), nisi hoc a scopo nostro nimium aberraret. Quae cum ita sint, dandum omnino est iurium propugnatoribus statibus prouincialibus competentium, ritum leges in comitiis ferendi esse perantiquam sicque probabiliter, in prouinciis quoque seruatum esse iis temporibus, vbi principes nostri imperii legislatoria potestate vti incipiebant. Facile enim credendum est, principes tunc temporis statuum iura neque innovere voluisse nec petuisse, ideoque eos hunc ritum eo magis secutos esse, quo tutius in eo procederent, ne statuum iuribus aliquid contrarium statuerent. Largendum quoque est magna iura circa leges ferendas processores prouinciae ea occasione exercuisse. Nam principes, qui eorum auxilio indigebant ad stabiliendam ipsorum potestatem, consilia illorum de legibus ferendis aegre reiecerunt. Neque ipsi legislatoriam potestatem antiquis temporibus satis cognoverunt nec a potestate iudiciali illam sat distinxerunt. Percurras enim antiquarum legum codices, et maxima ex parte eos iudicialibus sententiis repleros inuenies. Quid quod? non solum, si quid in obuio casu sit iuris, quaerebatur, sed etiam si in genere, quid iuri ac aequitati conueniat,

quae-

quaestio oriebatur, eius decisio scabinis relinquebatur. Hi, autem in causis grauioribus ex ordinibus prouinciae eligebantur, quod fusi discusit per ill. STRUBEN in observationibus iuris et historiae Germ. obs. 3. de statibus prouincialibus superiorium dicaſteriorum affeſtoribus.

- a) TACITVS de moribus Germanorum Cap. 11. et 12. qui hac occasione de antiquitate conuentuum apud Germanos optimum testimonium praebet, Coemt, scribens, nisi quid fortuitum et subitum inciderit, certis diebus cum aut inchoatur tuna aut impletur . . . Ut turbae placuit, confidunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum et coercendi ius est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur autoritate suadendi magis, quam iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu apernatur, sin placuit, frameas concutunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.
- b) de natali solo leg. Sal. Antwerpiae 1649.
- c) Opponitur enim ibi barbaries Francorum conversionis eorum ad catholicam fidem Conf. etiam III. IOACHIM ERDMANN SCHMIDT in historia imperii §. 85. p. m. 16.
- d) Commentatio de comitiis veterum Germanorum antiquis P. t. C. t. §. 8. Vol. 2. prooem. §. 4.
- e) Saxones morem leges in comitiis ferendi seruasse WERNHERVS, ROLEWINKVS de situ et moribus Westphaliae L. ii. C. i. testatur. Verum autem, ait, vt antea dictum est, regem antiqui Saxones non habent, sed per pagos Satrapas constitutos, morisque erat, vt semel in anno generali concilium agerent, in media Saxonia iuxta fluvium Westeram, ad locum, qui dicitur Macklo. Solebant ibi omnes in unum satrapae conuenire. Ex pagis quoque singulis duodecim electi nobiles totidemque liberi et totidem laici: Renouabant ibi leges -

§. VII.

§. VII.

Quale ius competit hodie statibus provincialibus circa legislatoriam potestatem.

Si descriptionem nostram de antiquo in prouinciis Germaniae statu circa leges ferendas contemplari illumque cum hodierno comparare lubet, exclamandum omnino erit: *Quantum mutatus ab illo.*

Altiores enim radices egit potestas principum nostrorum Germaniae. Melius legislatoriam potestatem hodierna luce cognoscere eamque a iudicali separare didicent. Id quod probare superuacaneum sane esset. Statu autem tam insigniter mutato in Germaniae prouinciis, fieri non poruit, quin iura ab ordinibus illarum olim exercita, vbiuis intacta remanserint. Potius secundum statum hodiernum de regula non nisi
VOTVM CONSULTATIVVM seu DELIBERATIVVM,
 hoc est dicere, *ius, vi cuius, praevia communicatione cum statibus provincialibus ad audiendum quid illis videatur, leges prouinciales promulgandae sunt, illis tribuendum esse statuamus necesse est.* Fluunt tamen exinde haud ultima iura pro statibus. Qualia sunt,
 (1) *ius postulandi, vt exempla legum prouincialium exarata ante publicationem statibus communicantur, (2) ius consentendi in leges a principe propositas, (3) ius, quae monenda ipsis videntur, circa conceptas leges monendi ac (4) in genere quoduis consilium quod vulgo sub denominatione des unterbänig- den unvorgreiflichen Gutachtens item des ratsamen Bedenkens*

*K*ens comprehenditur, suppeditandi. Et quis tandem
(5) eis denegabit ius principi ea submissè indicandi cap-
ita, quae, vt legis fiant, prouinciae interest, si princi-
pi tamquam morbus occultus forsitan sint ignorata. Haec
quilem iura statibus, qui adhuc ius voti ac sessionis
in conuentibus prouincialibus exercent, ex ipsa eorum
natura tribuenda esse existimo. Quae enim esset ratio,
cur in comitiis conuenirent? Cui bono iura voti ac
sessionis in illis, si in tractandis magni momenti cau-
sis prouincialibus, quo pertinent dubio procul leges,
exercenda non essent? Taceo eos de necessitatibus reipu-
blicae conditioneque subditorum edocetos varia sub-
missè adferre posse, quae et vigilantissimis principi-
bus regentibus ac consiliariis haud plane sunt cognita.
Tantum e contrario abest, vt haec iura statibus circa
legumlationem a nobis concessa potestati legislatoriae
principum sint noxia, vt potius ad augendam illorum
potestatem conferre luculenter demonstrare conemur.
Q'od si enim stntus, quid ipsis videatur, dixerint de
lege ferenda, semper tamen eius manebit princeps ar-
bitrter, ideoque, prout prouinciae salus id exposcit, sta-
tuum consilia aut adprobabit aut statibus eorum discon-
uenientiam repraesentabit. Interim bonus princeps bo-
na consilia quoque non spernet. Et quis denegare aude-
bit principibus ius leges promulgandi, interpretandi, de-
clarandi, mutandi, tollendi, ac dispensandi contra illas.
Sicque inter potestatem legislatoriam et ius circa utilita-
tem et necessitatem consilia praebendi, maximum et con-
stans erit discrimin. Augeri diximus adeo principum po-
testas.

testatem, si status habeant votum consultatiuum in legibus ferendis. Nonne enim magis prodest voluntaria quam obtrusa legum agnitus ad stabiliendum thronum imperantium? Quod probe perspicerunt reges Francorum qui quamvis monarchicam ac, independentem exercere vellent potestatem, nihil feciis leges proposuerunt in comitiis, populi consensu respectu illarum requisito, et adeo curarunt, ut illis omnes subscriberent a).

- a) Manifeste discussa prolati videmus in CAPITVLARI III.
an. 803. Cap. 29. *Vt populus interrogetur de capitulis, quae in lege nouiter addita sunt. Et postquam omnes consenserint, subscriptiones et manuum firmationes in ipsis capitulis faciant.* Exquisite ac docte omnia examinavit STEPHANVS BALVZIVS in praefat. ad Tom. I. capitular. reg. Francor. §. 8-17. Conferatur etiam IO. NICOLAVS HERTIVS in *regn. francor. veter. C. 5. §. 7.*

§. VIII.

Amplificatio et continuatio.

Praeter argumenta ex notionibus comitiorum provincialium petita, complura eiusdem generis ex rebus gestis earumque scriptoribus asserre possumus, quae regulam omnino constituunt, statibus provincialibus competere votum consultatiuum in legibus ferendis. Id enim in contradictorio saepe obtinerunt status. Nam sacra caesarea maietas statuum grauamina, de legibus sine eorum concurso latis, semper ex audiuit et in specie ad eiusmodi grauamina statuum Megapolitanorum disposita, in Resol. Grav. Caes. de an. 1724 art. 10. dass in ecclesiasticis, in gleichen Lebens-Iustiz-Policey und dabin gebörigen Sachen und

überhaupt keine allgemeine Landes-Ordnungen, obne der Ritter und Landschaft, oder wenigstens, wann periculum in mora, de ver Land-Rätbe und engern Ausschusses, vorgegangene Zuziehung zu errichten, sondern vor der Publication diese mit ihren Monitis oder satifamen Bedenken und Gutachten nördlichfig zu hören und darauf vom Herrn Herzog billigmässige Landesväterliche Reflexion zu machen: Plura talismodi exempla occurrunt in hac regione, in qua status de iuribus suis violatis in iudiciis supremis imperii saepe conquerti sunt, et in specie id obtinuerunt, vt leges variae, a solo duce latae, ab imperatore improbatae et sublatae sint, quoniam inauditis statibus fuerunt fancitae. Sed latius euagarer narrando. Delego itaque huius rei studiosos ad iustissimas decisiones imperiales in causis Mecklenburg anno 1745. editas, Claff. 2. Tit. 4. p. 85. quibus comprehenduntur omnia, eo magis, cum per transactionem de anno 1755. inter statutum et ducem Megapolitanum omnis haec lis, secundum principia a nobis exposita, sit composita. Disposuit enim art. 8. §. 195. all. transact. Wenn nun -- es sey in Iustiz Policey und Kirchen-Sachen, oder worinn es wolle, von Vns und Vnsern Nachkommen eine allgemeine Landes-Verordnung und Constitution zu erlassen ist, so sollen die von Ritter und Landschaft auf öffentlichen allgemeinen Landtageu oder wenigstens, wenn periculum in mora, die Land. Rätbe und der ganze engere Ausschuss darüber mit ihrem rathfamen Bedenken und Erachtien vernommen wörden. B vor solches erstatet, ergebt die Publication dir Verordnung nicht. Notarii dignus mihi quoque visus est locus fide dignissimi rerum geltarum Saxoniarum scriptoris, vbi de ele.

electoralium Saxoniorum statuum iuribus. *Vnd man hat*
Exempel, scribit, dass sie auf ihren Entschlüssen so fest be-
standen, dass wenn ohne ihr Wissen, Gesetze und Ordnu-
gen, vornehmlich in Religions-Lehns-Iustiz-Landes und gesam-
ten Angelegenheiten, verfasset und promulgirer werden wollen,
sie selbstige nicht alleinahrl respectiret, vielmehr selbte durch Land-
tags Abschiede und Reuer sales haben müssen theils geändert,
theils vorher bestätiget werden a). Sic quoque per illu-
stris STRV BEN tunc temporis Syndicus statuum prouin-
cialium Hildesensium exactis comitiorum prouincialium
barum regionum refert modo dictos status contra ordi-
nationem politiae, à regimine Hildesiensi, omissa com-
municatione cum statibus promulgatam anno 1766. re-
praesentasse, id factum non solum obseruantiae specia-
li in ea prouincia sed adeo yniuersali in omnibus Ger-
maniae prouinciis aduersari, illos eandem remonstratio-
nem dicto anno repetuisse, et in conuentu prouinciali
anno 1722. petito, vt ordinationes prouinciales, ante ea-
rum promulgationem, statibus communicentur, in-
haesisse, tandemque id obtinuisse, vt, postquam ex par-
te electoris Colonensis, assertis contradici non potuerit,
prooemio ordinationis curiae prouincialis anno 1730.
promulgatae, verba inferta sint: Es sey dieselbe nach vor-
gängiger von ihero Churfürstl. Durchl. belichter Communication
mit dero gerreuen Ständen dergestalt eingerichtet zu seyn be-
fundien, dass sie Linderfürstl. genchm gehalten worden. Quae
tamen non omni ex parte placuerunt statibus, ea de
voluntaria principis communicatione explicari posse,
pugantibus. Qua propter contra eiusmodi interpreta-
tio-

tionem denuo protestati iura competentia reseruarunt b). Verum enim vero non in contradictione solum obtentum est hoc ius a statibus, sed ipsi principes iustitiae studiosi id sponte sua agnouerunt. Gloriar merito possumus de optimis imperantibus, de patriae parentibus in nostris regionibus. Cuius rei documenta ut inter omnes constent, vnicum addamus exemplum a clementissima propositione, in comitiis prouincialibus Jenenibus an. 1757. facta, petitum. TRAIANVM aliqui subditos rediuiuum crederes, si ERNESTVM AVGVSTVM CONSTANTINVM nostrum, principem longe clementissimum, quem proh dolor! fata in flore aetatis eripuerunt, nobis precantibus, ut quam diutissime interesset mortalibus, proponere audiuisles: *Lassen Ibro Hochfürstl. Durchl. die getreuen Stände der Jenaischen Landes-Portion bierdurch verfichern, dass Höchstdieselben ernstlich gemeinet, dieselben in ihrer Landschaf. Verfassung, wie es das ubralte Herkommen in Chur und Fürstl. Hause Sachsen mit sich bringet, richtig und ungekränket zu lassen, auch dass dem entgegen etwas gethan werde, nicht zuzugeben. Solchen nach werden böchsigedacht Ibro Hochfürstl. Durchl. - die etwan ins Land zu erlassende, zu einer beständigen Vorschrift dienende Landes-Gesetze vor ibrer Publication, ibnen zu Eröffnung ihres Räthlichen unvorgreiflichen Gutachtens vorlegen lassen.* Pari modo OTTO, Landgrauius Hassiae, Cassellis suis priuilegium indulgere non dubitauit anno 1317. de legibus in vrbe absque scabinorum scitu et consilio non promulgandis. Tandem ad voluntariam agnationem quoque refero, quod in ducatu Würtenbergico
et

et comitatu Tyrolensi pactis ordinatum sit: Landrechte und Landesordnungen zu machen mit Einrathen und Zubrun einer gesamten Landschaft c).

- a) GLAFAY *Geschichte des Hauses Sachsen.* p. 588.
- b) STRVBE *Unterricht von Regierungs- und Iustiz-Sachen,* Sezt. 2. §. 8. not. b.
- c) Integrum priuilegium insertum est. in 10. PHILIPPI KV-
CHENBECKER *Analectis Hassiacis Collet.* q. §. 10. p. m. 269.
- d) Auctor eius est MYLER de principibus et stat. imp. P. 2. C.
39. §. 10. Consentit 10. EHRENFRIED MAYER in *Tr. de
jure statuum imperii legislatoria C.* 6. §. 14.

§. IX.

Continuatio.

Sat attulisse mihi videor argumenta pro stabilienda regula, quod statibus votum consultatiuum ordinarie non sit denegandum. Pauca addam ex quibus apparebit principes non permittere, eos sibi plus iuris attribuere. Sic in transactione inter status et ducem Megapolitanum supra memorata, vbi statibus consultatiuum votum quidem concessum Spho 197. pro principe prouisum est. *Wir wollen übrigens auf der Ritter- und Landeschaft, oder der Landräthe und des engern Auschusses Vernebmäßung und Erinnerung eine billigmäßige Landesväterliche gnädigste Aufmerksamheit wenden und im Werk spüren lassen; doch Unsfern Landesfürstlichen haben iuri statuendi mir solcher gnädigen Vernebmung nichts vergeben.* Operae pretrium quoque est hic referre, quanta constancia comites Fritiae orientalis sele opposuerint postulationibus secundum principia exorbitantia IOANNIS ALTHVSII ab ordinibus huius prouinciae formatis.

Etenim

Etenim hunc non dubitasse sine discriminē formae regiminiis subditis superioritatem super imperantes adscribere, varia eius postulata nomine dictorum statuum ad comites directa demonstrant. Per placet autem declaratio Comitis RUDOLPHI CHRISTIANI ad postulata illius de anno 1626. specie ad postulata 23. et 24. quibus et in occasione ordinationis prouincialis corrigendae nimia arrogare sibi volebant iura. His autem significantibus expressionibus concepta est: Seine Gnaden haben keinen Articul unserer Accorden gelesen, dass die direction der Revision oder Correcetur Unerer Landrechte praece in Emden vorgenommen, und derselben Beforderung der hohen Obligkeit entzogen, und dem Aeltesten aus der Ritterschaft aufgetragcu, auch was derselbe, nebst seinen Mit-Deputirten aus den Ständen resolviret und gut findet von seiner Gnaden ohne einmahl nachzufragen, oder die Sache zu examiniren confirmiret werden sollen. Ist das nicht dare subditis ius legum abrogandaram et ferendarum a)? Quid quod, cum statutus modo memorati iis principiis recentioribus quoque temporibus inhaererent, factum est, vt princeps Frisiae orientalis septimo Maii die ann. 1722. actionem in iudicio caesareo aulico contra illos instituerit, atque in illa inter alia grauamina de eo conquestus sit valde, quod ordines prouinciae in publicandis legibus autoritatem decisiuam sibi arrogare vellent b).

a) BRENNEISEN in der Offfriesischen historie und Landesverfaß. T. 1. L. 1. C. 8. P. 4. p. 70. seqq.

b) MULLER jurist. histor. elect. p. 1. pub. §. X.

§. X.

*Iura circa legumlationem competunt omnibus statibus, non
vni cum exclusione reliquorum.*

Cadunt autem argumenta, quae pro stabiliendo iure statuum circa legislatoriam potestatem protulimus, in omnes ac singulos prouinciarum status. Sic quoque presumptionem contra se habent ii, qui ea cum exclusione reliquorum sibi attribuere volunt. Nec principes prouinciarum praefereniam vni ex ordinibus prae ceteris hac in re concedere possunt, nisi clarum sit ius excludendi. Quae cum ita sint, recte in eo sese fundarunt nobiles ac ciuitates episcopatus Osnabrugensis contra capitulum cathedralē, quod deliberationibus de ordinatione prouinciali iudicaria perpetua facienda solum interest et constatus excludere volebat. Sed administrator episcopatus Osnabrugensis, ERNESTVS AVGVSTVS, parum attendebat haec desideria, potius vniuersos prouinciae statutus ad modo dictas deliberationes vocabat. Quare capitulum hoc tanquam grauamen ad iudicium caesareo aulicum anno 1717. deferebat. Cui tamen solide opponebant nobiles et ciuitates, alloquentes administratorem: also Eure Königl. Hoheit nimmer angemahet werden kan mit dem Capitulo intendirer massen, Dero hohen Regalia und Landes Herrschaft gleichsam zu theilen, oder doch mit selbigen coniunctim zu exerciren, sondern dass es Ursache habe, völlig zufrieden zu seyn, wann Se. Königl. Hoheit, unser gnädigster Landesfürst, nach lóblicher Stifts-Gewohnheit, weiter gnädigst belieben werden, in solchen und dergleichen wichtigen und des ganzen Landes wabre Wohlfahrt, auch alle und jede Stifts-Stände insbesondere angebenden Sachen das

D

das

das rätbliche patriotische Bedenken von ihren getreuen Ständen gnädigst zu erfordern und zu vernehmen a).

a) Conf. Deductio nobilium et ciuitatum episcopatus Osnabrigensis contra capitulum cathedralis sub ERNESTO AUGUSTO de anno 1718. p. 25. seqq.

Paria iura competit statibus in emendatione et mutatione legum, ac in ipsa legum latione.

Fieri non potest, quin iura a nobis explicata (§. VII.) in reuidendis, mutandis et emendandis provinciae legibus statibus competant cum illis gaudeant in legislatione. Hi enim res prouinciales edociti, quatenus leges olim latae ad statum praesentem adhuc applicari possint, optime cognoscere omnino censendi sunt, et sane diuersa non sunt in effectu leges ferre, et leges latae mutare ac emendare. In utroque enim casu noua constituitur lex. Ordinationes itaque prouinciales abundant exemplis, quae illustrationis causa hic afferri possent. Sed cum neminem de eo facile dubitaturum esse, credam, nec in omnibus referendis operam et oleum hic perdam. Afferam tamen quaedam loca, vbi hoc ius statuum expressè agnatum et in contradictorio obtentum est. Illud autem in ordinatione politica SILESIACA, anno 1577 lata, verbis finalibus factum est a RUDOLPHO II. Iedoch soll - ihnen, den Fürsten und Ständen auch Uns dieselbe zum Theil oder gar zu ändern oder zu beffern, nach Gelegenheit der Zeit und Fälle und unsern Nachkommen den Königen zu Böheim, alsdenn zu confirmiren hiermit vorbehalten

halten seyn. Consentit, trnasa^ctio inter status et ducem Megapolitanum iam memorata, §. 200. Uebrigens behalten Wir Uns und Unserer Ritter- und Landschaft hiermit ausdrücklich vor, die hiebevorigen Ordnungen und Constitutiones, in Gleichförmigkeit dieser Grundsätze a), respectue nach vorgenommener Rathpflegung und Beliebung den ietzigen Zeiten allenthalben gemäss zu machen, und solche nach Gelegenheit zu ändern, zu bessern, zu erklären und zu vermebren. De contradictorio autem in iisdem Megopolitanis terris praebet documentum Conclus. Caef. sub 2 Maii 1738. datum, quod ad praevia grauamina statuum: dass, statuit, keine allgemeine Landes-Ordnung obne der Ritter- und Landschaft, oder wenigstens, wann periculum in mora, der Landräthe und des engern Auschusses vorgängiger Zuziehung zu ändern.

a) Sub intelliguntur principia, de concursu statuum circa legumimationem per transactionem stabilita, vt contextus probat.

§. XII.

Conceptio legum prouincialium statibus saepe permittitur.

Statibus itaque dubio procul ius competit postulandi, vt leges in prouincia publicandae sibi antea communicentur ad monendum et consultandum. Quae cum ita sint, ad euitandas ex communicatione, monitis et resolutionibus ad monita, oriundas ambages, principes haud raro ipsis statibus leges concipiendi committunt. Multa hac de re in promtu sunt documenta, ex quibus apparet luculenter, interdum solis statibus, interdum statibus et consiliariis principum simul hanc facultatem esse concessam. Proferamus tamen

D 2

exem-

exempla de legibus per solos status conceptis, quoniam rariora haec sunt. Sic foli status AVSTRIACI conceperunt die Land-Rechts-Ordnung des Erz-Herzogibuns O sterreich des Landes ob der Enns de anno 1627. prout verba initialia illius docent, nec non die neue peinliche Halsgerichts-Or nung in O sterreich unter der Enns de anno 1636. status conceperunt et FERDINANDVS III. approbavit, testante ipsa ordinatione. Ordinatio politica SILESIACA de anno 1757. ortum trahit ex variis compromissis et transactionibus, quae status inter se inuicem in comitiis prouincialibus, de rebus ad politiam spectantibus inierunt, quarumque collectionem RUDOLPHVS II. curauit et tanquam legem promulgauit. In MEGAPOLITANIS ter-ris perentibus statibus, ut leges sumtuariae ferantur, respondit dux CAROLVS in resolutione sub dato 26. Jun. anni 1610. Obwollen I.. F. G. hierneben nicht unge-ange, auf unternbänges der Ritterschaft Anbahlen leges sumtuarias zu verfassen und publiciren zu lassen; so müssen sie dennoch dafür balten, daß der Ritterschaft ihr eige-ner Zustand und Gelegenheit, besser als Ihnen, Ihren Rä-then, oder sonst iemand wissend und bekandt sey, und dem-nach wäre Ihr gnädiges Begeben, daß sie die Capita und fürnebmste puncte istarum legum zu Papier bringen und Ibro zur Nachricht unternbängst einschicken a). Inter varias, quas infra recensemus, ordinationes prouinciales, ma-gna pars eorum reperiatur per status et consiliarios prin-cipum simul concepta. Quare cum haec exempla nil sin-gulare habeant, neque talia hic proferre lubet.

a) C. G IARGOW in notis ad Struuii discursum de statibus prouincialibus p. m. 173.

§. XIII.

et illi de statu, 7681 §.d XIII. Status habent ius leges ferendi.

Verum enim vero iam ut moneam, me regulam tantum dedisse, cum statibus votum consultatiuum circa leges tribuerim, mihi necessarium esse videtur. Qua sane nil aliud iudicare volui, quam, quod in dubio iura cum tali voto connexa illis competant. Neutquam autem mihi mens est affirmare plane nullum dari exemplum in contrarium. Dantur talismodi omnino et quidem hac diuersa ratione, ut quedam inueniantur exempla, vbi maiori iure circa leges ferendas possint status prouinciae, atque ex adverso non nulla eorum, vbi exploratum est eos nequidem voto deliberatio gaudeat. Vtrumque accuratius examinare non abs re erit. Ad prius refero casum, si ab ipsis imperantibus statibus circa legumlationem grauiora iura sint concessa. Quod, an fieri possit? si forsitan dubitares, probabo per singulare documentum. Memorandum sane est in *ordinatione politica de anno 1661 IO. GEORGII I. iii. 22 §. 3.* praediorum nobilium SAXONICORVM possessoribus permisum esse ut leges vestiaras (*Kleider-Ordnungen*) vel antiquas recognoscere atque emendare, vel nouas etiam ferre possint. Hanc facultatem in alijs terris ad legislatoriam potestatem pertinere adeoque soli principi vindicari, nemmo ibit inficias. Sed miraberis forsitan maorem in modum de exercitio huius iuris. Vsi omnino sunt illo iure nobiles Saxonici in specie Dnn, a WERTHERN in praediis pagisque suae iurisdictioni subiectis, atque hoc exercitium probarunt! Cti Vitebergenses,

D 3

respon-

respondentes mense Nouembris 1695., statuta ab illis condita subiectos omnes obligare, exceptis clericis eorumdemque familia. Ratio decidendi ex allegata ordinatione politica desumta est, qua nisi, ne quidem confirmationem imperantis necessariam iudicarunt, in eiusmodi legibus a nobilibus ferendis a).

a) AVGVSTINVS a LEYSER Spec. 664. Med. 23. et Sp. 665.
Med. 51. IO. HENRICVS BERGER P. 1, Resp. 266.

§. XIV.

*Votum negatiuum statuum interdum attenditur in
legibus ferendis.*

Pertinet hoc quoque VOTVM NEGATIVVM quod in ferendis certi cuiusdam generis legibus statibus non denegandum est, quodque principes aequi ac iusti amantes attendere solent. Huius generis autem leges sunt omnes illae, quae iuri alicui quaesito statuum detrimento esse possunt. In his condendis consensus (die Einwilligung) statuum prouincialium omnino requiritur, et si in comitiis proponantur, statibus inuitis non perficiuntur, qua in re naturam voti negatiui colloco. Promanant autem dubio procul eiusmodi iura, ordinibus prouinciae quaesita, ex legibus, de quibus, ut in perpetuum in prouincia valeant, inter status et legislatores conuentum est, quaeque tamquam fundamentales prouinciae leges considerari possunt. His per leges posteriores non pro luctu derogari posse sane in aprico est. Certe sine laesione subditorum, qui ex conuentione ius sunt nacti, id non fieret. Quid quod? si hoc liceret, facilime arbitrariam potestatem sibi arrogare posset, quilibet despoticus regiminis studiosus princeps. Qua propter non dubito quin stati-

statibus negatiuum votum attribuam, si eiusmodi lex
 derogatoria forsan in comitiis proponatur. Admiran-
 dae hic itidem locus est iustitiae ducum SAXONICORVM
 Ernestinae stirpis, quorum primum legislationis prouin-
 cialis specimen exemplum hic praebet egregium. Dedit
 illud GVLHLMVS III. Saxonie Dux, qui in conuen-
 tu Weissenseensi anno 1446., consiliis ordinum prouin-
 cialium abhilitis, ordinationem, ut vocant, sive legem
 prouinciam condidit variis ex causis notatu dignam.
 Etenim memorandum omnino est appellations et euoca-
 tiones ad extera iudicia sub poena banni in ista ordi-
 natione prohibitas esse illamque in priuilegio FERDI-
 NANDI I. approbatam esse. Sed ex hac ratione illius men-
 tionem hic non fecimus. In rem nostram est singula-
 ris clausula, qua statibus sat facultatis tribuitur impe-
 diendi, quo minus iis intuitis mutatio huius legis fieri
 queat per principes successores. Nam quod extraneos
 successores: Und wer es, prouifum est, daz wir an Lihes
 Man-Erbin abgingin - so sollen Unsr Graven, Herren, Ritter-
 schaft und Stere keinen Fürsten zu dem Fürstenthumb kommen
 lassen, noch ihm Huldunge ihun, er habe sich denn vor sich,
 sine Erbin und Erbnebm n mit yn verfebrin ewiglich zuhal-
 ten, immassen wir gerban a). In hoc iure quae sito
 quoque rationem intuenisse credo cur sacra caesarea ma-
 iestas in causa statuum MEGAPOLITANORVM sub 2.
 Octobris 1738. Dnff. Serenissimus rescriptit. über die Land-
 und Hofgerichts Ordnung alles Ernstes halten solle, und dass
 ohne Einwilligung der Ritter- und Landschaft sothane Land-
 und Hofgerichts-Ordnung vielweniger gegen dieselbe im min-
 desten dispensiret werden köüne b). Ex pari fundamento
 status

32

status WURTEMBERGICI contenderunt, quod omnes
vniuersales prouinciae ordinationes, tam seculares quam
ecclesiasticae, sine statuum consensu, a ducibus non sint
mutandae, quoniam in legibus prouinciae fundamen-
talibus sit conuentum, ut a regentibus ducatus num-
quam non conseruari debeant. Quem in finem rece-
sum prouincialem de anno 1566. et de anno 1629. allega-
rant. Sicuti etiam agnitionem eius in testamentis du-
cum LODOVICI de anno 1587. et EBERHARDI de anno
1664., nec non in confirmatione priuilegiorum statibus
competentium sub 17. Dec. 1733., a CAROLO ALE-
XANDRO facta inueniri statuerunt c).

a Conf. MULLER Reichstags theatrum sub Maximiliano II.
Vorß. III. p. 86. seqq.

b Iustiss. decisi. imperial. in caus. Mecklenburg. edit. 1745.
Clasf. 2. Tit. 4. N. 634. p. 279.

c Würtenbergische Deduction gegen die Ickstädtsche Grund-
veste 1740. p. 5.

§. XV.

Continuatio.

Multa quoque statuum prouincialium iura qua-
esta in priuilegiis obseruantia ac praescriptione immemo-
riali, transactionibus et recessibus prouincialibus sunt
fundata. Horum in praeiudicium, absque ipsorum ordi-
num consensu, leges a principibus et statibus imperii non
conduntur. Non magni enim existimarem nobilium im-
munitatem a tributis, immemoriali possessione vel quasi
munitam, ius braxandi per recessus prouinciales huic
vel illi statuum concessum, aliaque huiusmodi iura, si
princeps prolibitu, aut sub pretextu utilitatis publi-
cae

cae leges in contrarium dare possit. Silentio praetereo eiusmodi iura, aut saltim agnitionem eorum, a statibus saepe titulo oneroso acquisita esse. Non posset itaque non legislatoria potestas, ipsum ius laedendi secum ferre, si illius autoritate talia iura dissentientibus statibus eripi possent. Quare non nisi perfidae frontis homo insciabitur omnibus prouinciae statibus, etiam si alias ius illis circa leges ferendas competat plane nullum, votum negatiuum tribuendum esse contra eiusmodi legem derogatoriam. Iustissime itaque decreuit sacra cœsarea maiestas ad grauamina statuum MEGAPOLITANO-RVM in Resol. de an. 1724. in fine: *Dass ohne der Ritter- und Landschaft verborgehende ausdrückliche Einwilligung in denen Landes-Constitutionen etwas so derselben Priuilegiis, Landes-Verträgen und Herkommen, denen Reichs-Satzungen, Kayserl. Verordnungen und Fürstl. Resolutionibus, einfolglich ihrem dadurch erlangten Recht zuwider, keinesweges zu verordnen, noch also denenselben etwas neuerliches aufzuerlegen.* Cum quo conuenit Conclus. Caes. de 2 Mai. 1738. Membr. 1. §. 5. in fine, quod itidem pro statibus Megapolitanis *dæs*, statuit, *in denen Landes Constitutionem nichts, so denen Priuilegiis, Landes-Verträgen und Herkommen, zuwider ist, weder zu vorernden, noch von denen Landes-Ordnungen zu dispensiren a).* Cuius iustitiam tandem ipse dux Megapolitano-Suerinensis in transactione anno 1715. cum statibus eius prouinciae initis cognouit, dum clementissime promisit §. 198. da die zu erlassende Verordnung der Gerechtsamen Unserer Ritter- und Landschaft entgegen laufen, oder von deren Minder- oder Abänderung die Frage seyn solte, wollen und sollen Wir ohne Unserer Ritter- und Landschaft Be- willigung nichts verbängen. Item §pho 199. Gestalt Wir biemit in Guaden zusagen, dass Wir in Landes-Constitutio-

E

nen

¶ o o

nen, ohne vorhergegangene öffentliche Anträge und darauf erfolgte freye Bewilligung Uunserer Ritter- und Landschaft, icbt-was, welches ihen habenden Priuilegien, Reuersalien, Gerechtigkeiten und Verträgen zu wider, keinesweges verordnen wollen. Huc mihi quoque pertinere relatio WABSTII videtur b), quod status SAXONICI interdum in conuentibus particularibus et vniuersalibus postulata, quae leges fieri debuerunt, deprecati sint.

a) Conf. Iustiss. decisi. saepe ak. N. 382, pag. 49. in fine et
N. 622. pag. 48.

b) in der historischen Nachricht von dem Churfürstenthum Sachsen etc. Iustitz-Verfass. Seß. i. C. i. §. 5.

§. XVI.

*Dantur casus vbi nequidem consultatuum votum
habent ordines prouinciales.*

Transimus ad alteram exceptionem a regula de iure statuum prouincialium circa legislatoriam potestatem posita. Constituunt autem illam casus, vbi status nequidem voto consultatio in legibus ferendis gaudent, (§ XIII.). Ad hos pertinet obseruantia quae in quibusdam Germaniae prouinciis reperitur peruetusta, vi cuius omnes prouinciae leges a solo principe, plane non adhibitis statibus, conduntur. Talis existentiam autem probant leges ac ordinationes BRANDENBURGICÓ ONOLDINAE. In his enim nequidem nomen statuum prouincialium inuenitur, multo minus probari potest, quod status concurrerint in concepiendis illis. Exempla praebent, die Hof- und Iustiz Raths-Ordnung, item das Canzley-Rglement et die Grichts und Proeess-Ordnung, quae omnes anno 1730. promulgatae sunt, nec non die Concurs-Ordnung de anno 1731. Omnes haec ordinationes non nisi regentem et eius consiliarios loquentes inducuntur, de statibus ne verbum quidem. Ipsi etiam status non nisi nomine cognoscuntur

tur in his terris a). Silent quoque scriptores rerum HASSIACARVM recentiores de statuum concursu circa leges ferendas. Nec in der Fürstl. Hessischen erneuerten und verbesserten Marpurgischen samt Hofgerichts-Ordnung de anno 1673. atque in der Fürstl. Darmstädtschen Ordnung für die Ober und Untergerichte de anno 1724. statuum vlla sit mentio b). Plures omnino dantur prouinciae, vbi status non in legibus condendis adhibentur. Verum enim vero, cum inter status et regentes earum prouinciarum non conueniat, an id iure fiat nec ne? eo magis eos tacemus, quo certius est, talismodi exempla, adhuc in controversia posita, pro probandis iuribus statutum aut principum proferri non posse.

a) I. F. MOSER *Nebenstunden T. 1. N. IV.* §. 6. p. 87.

b) IDEM all. l. §. 8. p. 90.

§. XVII.

Continuatio.

Cessare quoque videtur votum consultatiuum statuum in eo casu, si princeps leges sancit, quae nec prouinciam qua talem, nec ipsos prouinciales ordines tangunt. Hae enim non sunt obiectum comitiorum prouincialium, in quibus tantum de rebus ad prouinciam spectantibus consultatur. Quam ob rem nec status votum circa eas ferendas postulare possunt, cum id in prouincialibus comitiis exerceant (*Spec. I. S. 1. §. 2. et S. 2. §. 1.*) a). En rationem, cur eiusmodi leges solicite distinctae sint in transactione inter ducem et status MEGAPOLITANOS ab illis, quae vniuersam prouinciam concernunt. Redegit enim dux in §. 192. omnes in prouincia ab illo eiusque successoribus ferendas constitutiones ac leges in binas classes, quarum prior capit *d*, welche *Un/ere Amter, Domai-nen und Cammergüter*, nisbin die darinn gefessne Untertha-

nen und Unsere eigene in Unsern besondern Pflichten stehende Bediente allerley Wesens betreffen. In altera vero sunt dieien- gen, welche Unsere gesamte Lande mit Inbegriff der Ritter- und Landschaft angeben. Circa has, ut antea a nobis demonstratum est, statuum concursus est agnitus. Ad primam vero quod attinet classem §. 193. So bleibt Uns, pro duce prouisum est, und Unsern Nachkommen an der Regierung, darinn Verordnungen, Gesetze und Constitutiones, bester Unserer Gelegenheit und Willkür nach zu machen und erge- ben zu lassen allerdings unbenommen und vorbehalten. Satis in eo approbata videtur nostra exceptio; quae praetera in Resol. Caef. de anno 1724., ad grauamen X. statuum Megapol. quoque fundata est. Hoc tamen adhuc moneamus necesse est, principis quoque esse, vt eiusmodi leges ad status non extendat, quod iterum disposuit modo allegata Resol. Caef. atque in specie sta- tuit, dass die Fürstliche Verordnung wegen der Scharfrich- ter und Abdeckerey vom 24. Aug. 1707. nicht auf die Ade- lichen Güter zu erstrecken, noch das Fürstliche Salz- Edict vom 1. Iun. 1718. weiter als von denen Fürstlichen Cammer- Gütern, zu verstellen und vor gültig zu achten. Cuius aequitatem ipse dux in §pho 199., transactionis, qua- lites inter illum et status sopitae sunt, agnouit et pro- misit keinesweges, die auf Unsere Domainen- und Cam- mer- Güter gerichtete Constitutiones auf Ritter- und Land- schaft ausziehen, noch darnach in Unseren Gerichten ge- gen Ritter- und Landschaft erkennen zu lassen.

a) Hoc specimen, quod de statibus provincialibus eorum- que variis iuribus in genere agit, quodque saepius al- legatum est in hoc libello sub PRAESIDIS consult. praefidio anno praeterito eruditorum disquisitioni sub- misit generosissimus de HUTTERN.



ULB Halle
004 526 880

3



Sb

KD78

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

8
7
6
5
4
3
2
1

S E L E C T A

D E
**STATVVM
LIVM CONCVRRENTI
LEGISLATORIAM
OTESTATEM**

QVAE

P R A E S I D E
R E I C H A R D T,
E AC PROFESSORE PVBLICO, CV-
IALIS SAXONICAE ADVOCATO
ET SYNDICO ACADEMIAE
IENENSIS
ORVM DISQVISITIONI
APRIL. C I O I O C C L X V I I I .

S V B M I T T E T
**CHRISTIANVS LVDOVICVS
HOENNIGER**

E L A P Y R G I C V S.

I E N A E
E R I S S C H I L L I A N I S.